



PARTIS PRIMAE
 SECTIO I.
 CONTEMPLATIVA.

CAP. I.

De sensu verborum.

§ I.

Omnium verbo respondere debet, in sacris quidem libris semper et haud dubie respondet, idea seu notio rei, quem *sensum* dicimus, ^{m)} quod eius rei, quae verbo exprimitur, sensus audiendo verbo instaurari in animo utcumque debet.

m) Verba sunt signa cogitationum nostrarum. In signo sunt duo: α) signum ipsum, (formale signi) β) res, quae signo notatur (materiale signi). Ergo in quolibet etiam verbo esse debet α) sonus verbi, β) notio, quae signo notatur. Vid. ill. *Federi instit. Logic.* §. 28.

§ 2. Eum